



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo Martini Lutheri de praeparatione ad moriendu[m]**

**Luther, Martin**

**Lipsiæ, 1520**

**VD16 L 6500**

Decimonono.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33397**

In tam exiguo sacramentorum signo operatur, ut nos  
instruat, quod magna sit virtus, recta in deum fides.

**¶ DECIMONONO.** Nec tamen quisquam presumat talia ac-  
tata e suis exercere viribus, sed deum oret humiliter, ut eiusce-  
modi fidem & suorum venerabilium sacramentorum intelligen-  
tiam in nobis, pereat atque conferuet, ut sic timore & humilitate  
re preditioni accedamus, nobisque tale opus minime ascribas-  
mus, sed deo suum honorem permittamus. Adhuc inuocare  
quisque debet omnes sanctos angelos, presertim suum peculiarem  
angelum, dei quoque matrem, apostolos, & dei electos, singularis-  
ter eos ad quos per dei donum speciali ducitur affectio.  
Porro, sic oret, ut se exauditum iri non ambigat. Ad quod  
duae sunt ei causae. Vna, quod modo audiuit ex autoritate  
scripturarum, quemadmodum illum deus commendare curauerit,  
& quomodo confert, ut diligat, & auxilium praestet omnibus qui  
fide accommodant. Quae quidem proponi & reuolui mortali-  
bus debent, non quod ignoret vel alias non faceret, sed ut fide  
des ac fiducia ad illa, atque pro illa ad deum fortior & hilaris  
oratio ad obuiandum morti reddat. Altera, quod mandatum a deo  
sit, ut orantes firmiter credamus, omnia quae petimus praestanda  
esse, quodque veracissimum futurum sit Amen. Quod quidem pre-  
ceptum, deo quodque ingerendum est, atque dicendum: Deus meus, tu  
praecipisti ut orem, & ut orantes exaudieris esse credamus,  
super hoc rogo & confido, me abs te non esse derelinquendum,  
& legitima fide donandum. ¶ Tota praefecta vita propter ex-  
tremam horam deus & sancti eius orandi essent, pro consequenda  
recta fide, prout pulchre in die penthecostes cantatur: Libet  
nunc sacrum pneuma petere. Pro sincera fide quae maxime.  
Cum nobis est relinquendum. Hoc miserum exilium &c. Caeterum  
postquam mortis hora aduenerit, debet quisque deum commone-  
facere eiuscemodi praecationis praeter mandatum & promissionem  
ipsius firmiter credendo exaudita esse. Cum enim ipse  
iusserit & orare, & iterum orandum confidere, ad hoc etiam ora-  
di contulerit gratiam, cur quisquam dubitaret, haec omnia ideo  
ipsum fecisse, ut & orata audiret, & audita compleret.

*moriturus orabit*

*her mortuus  
moriturus*

*in hora moriturus  
et sic orabit*